

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Quæstio IV. An Berthæ, postquam vidit Cajum alteri ligatum Matrimoniō,
reviviscat jus antiquum adversùs Titium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

rit dimittere , si secundum ob latens
impedimentum ducere non posset,
eo quod mutatis circumstantijs pla-
cere possit, qui prius displicuit . Al-
ium , quia Titius contrarium suo
juri non fecit absolute , ac vere , sed
solum conditionate , & per errorem:
nemo autem censetur renuntiare
juri suo absolute , qui movetur per
terrem & ignorantiam sui motivi
unici . Et quia verba , mit der

Bertha istis aus &c. in eodem fun-
dabantur errore , etiam nihil ope-
rantur . Tertium cadit ex eodem prin-
cipio ; quia Titius non absolute , &
vere , renuntiavit actioni suae , quam-
vis haec , si Bertha illam per exceptio-
nem elidere voluisse ,
inefficax fuisset .

* (o) *

QUÆSTIO IV.

An Berthæ , postquam vidit Caium alteri
ligatum Matrimonio , reviviscat
jus antiquum adversus Ti-
tium ?

Sine ambagibus breviter ex dictis
& dico , non quidem revivis-
cere , cum nunquam fuerit ex-
tinctum , sed semper hucusque fal-
sum perdurasse , ut adeò , si nunc
Titio velit nubere , fortassis quia
nunc prior de ipso concepta per-
suaso deprehenditur suisse er-
ronea , vel ne in fama pericu-
lum subeat , si , postquam duobus
successivè fratribus fidelem dedit , neu-
trum ducat &c. eundem petere in
maritum possit . Cum enim , uti

in quest. 2. docui , Sponsalia metu
& per injuriam extorta valeant , con-
sequenter metum passæ Berthæ jus
efficax adversus Titium tribuerint ,
ipse vero huic juri nunquam valide
renuntiaverit , cum Sponsalia nova
cum Caio inita ob impedimentum
publicæ honestatis , licet ignoratum ,
invalida fuerint , jus ipsius salvum
permansit , ut adeò , si velit , codem
ad hoc uti valcat ; eo quod nec per
factum illud , quo nova Sponsalia
contraxit , nec per ulla verba renun-
tia-

tiationem sui juris declaraverit; & sic liberè dimiserit Titum; quippe non aliter censenda est Sponsalia cum Caio contrahere voluisse, quam sub conditione tacita, si illum possit habere maritum; quæ conditio cùm impleri non potuerit, licet ipsa putaverit impleri posse, non censenda est juri suo renuntiare voluisse adversus Titum quæsito. Et ex hoc capite apparet, quod Leges non ir-

ritando Sponsalia metu extortamagis consulant metum passis, quam si irritassent; sic enim, si postea contingat gratum ipsis fore Matrimonium, compartem ad illud compellendi facultatem habent, non habebunt, si Sponsalia essent invalida.



TITULUS II.

De Desponsatione Impuberum.

DECISIO CXXV.

De puer & puella à parentibus in im-
pubertate desponsatis, à qua tamen desponsatio-
ne puer intra annum post pubertatem
adeptam se resilire decla-
ravit.

IN quadam Republica parentes, ut
in nobilioribus familijs conser-

ventur opes, mire sunt solliciti de
Matrimonij: suorum liberorum,
atque